

<https://www.jstor.org/stable/20857718?seq=1>

http://rm.univr.it/repertorio/sereno_cluny.html

<https://www.uni-muenster.de/Fruehmittelalter/Projekte/Cluny/>

Dal Bullarium:

EPISTOLA IOANNIS PAPÆ XI. ad Rodulphum Regem Francorum et Vvidonem Archiepiscopum Lugdunensem, et Stacteum et Bernonem Episcopos, etc. per quam mandat eis ut restituant Cluniacensibus res eis per Guidonem Abbatem Monasterii Gigniacensis ablatas (927 d.C.).

Texte

Ioannes Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Rodulpho gloriose Regi Francorum, necnon Reverendissimo et sanctissimo Confratri nostro Widoni sancta Lugdunensis Ecclesiæ Archiepiscopo, atque Reverendissimis Episcopis Stacteo et Bernoni, Comitibus quoque Hugoni et Gisleberto, auditum est Nostris Apostolicis auribus, quod Guido Abbas per violentiam abstulit Cluniaco hoc quod Berno Abbas de potestate Gigniacensis Monasterii sub censu tenendum legaverat. Quapropter monemus dilectionem vestram quatenus res omnes illas Monachis Cluniensibus restituatis. Quia verò prædictus Wido conqueritur quod Berno Abbas hoc legaliter non fecit, pro eo quod terminum temporis ac personarum in illo suo Testamento non posuit; **Nos, ad quorum dispositionem utraque loca pertinent, jubemus et constituimus** ut quamdiu ex illis Monachis, qui in Gigniaco professionem fecerunt, vel oblati sunt, apud Cluniacum aliquis vixerit, **r̄es ipsas Monachi Clunienses teneant sub nostra ditione**, nisi fortè ipsi Monachi sua sponte res ipsas dimiserint. Cæterùm vobis, ô fili Rodulphe, et fidelibus tuis, qui Monasterio Cluniensi prodesse valeant, attentiùs et Abbatem et Congregationem vestræ dilectioni commendamus, ut, quia **locus ille sanctæ nostræ Sedi commissus est**, sese pro amore sanctorum Apostolorum mundi videlicet judicum, atque nostra paterna dilectione bene gaudeat elegisse.